PETRUS COMESTOR

Prag?, 2. Drittel 13. Jh. Seite 81v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8320
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

pacificorum enim erat. Sanctificavit rex medium atrii
interioris. ut super illud cremarentur que super al
tari cremari non poterant. Fecit ergo salomon fe
stivitatem dedicationis et omnis israel cum eo xiiii diebus.
Quod sic intelligendum est. x. diebus continuis ce
lebrata est dedicatio. In decima scilicet die que fuit quinta
decima mensis occurrit scenophegya que inter
posita vii diebus. Qua terminata: iterum celebrata
est dedicatio per duos dies. qui residui fuerant.
et in die viii. id est post duos septenarios. dimisit
rex populum. Vel dedicatio continuis vii diebus facta
est. et post. viii decima die inchoata est sceno
phegya. et terminata. in vicesima tercia et
in octava scenophegye. post collectam dimisit
populum. et apparuit dominus salomoni secundo per som
nium dicens. Exaudivi orationem tuam. sanctifica
vi domum hanc. et erunt oculi mei cunctis diebus
super eam. et super te et super populum israel. si custodi
eritis mandata que exposui vobis. alioquin.
auferam vos de terra quam dedi vobis. et templum
hoc proiciam a conspectu meo. et erunt exemplum
urbe fabule narrantium. de domo saltus.

Factum est autem post fabricam templi cepit salo
construere edificium domorum regalium. quod
xiii annis vix implevit. Non enim circa eas
adeo fervens erat studium populi. sicut circa templum. Sed
nec ad eas opulentia fuerat preparata a patre.
Fecit autem tres domos. domum suam. et domum uxoris sue.
et domum saltus. De domo regis hoc solum dicitur in re
gum. domum suam edificavit salomon. xiii an
nis. et ad effectum usque perduxit. et paulo post por
ticum quoque solii in qua tribunal est fecit. et
vocat porticum ipsam domum. in qua erat
et solium et tribunal. Est autem solium regis. tribunal
iudicis. et erat in eadem domuncula in qua sede
batur a iudicantibus. vel in qua cum assessoribus tracta
bat de sententia. De hoc libro domus coniuncte tacet liber
regum. forte quia eadem erat. que et domo sal
tus quam plenius describit. De mo domo regine
dicitur in regum quod eam tali opere fecit quali
et domum regiam. Porro. domus saltus du
plex erat. et ex duplici materia pars inferior
erat lapidea. et dicebatur nethota. id est pigmenta
ria. in qua reponebantur aromata. et pig
menta ad usus templi. et domus regie. ut ex be
neficio terre et mari diu vigerent que retenta.

Superior pars domus erat lignea de lignis
libani facta. unde et dicta est domus saltus
vel domus libani. In ea reponebantur ar
ma. vel domus saltus libani. Quidam tamen pu
tant eam ob hoc sic vocatam. quia circumquoque
consita erat arboribus. et viridarius ex re
creationis iuxta densitatem saltus libani.
In ea reponebantur arma ut beneficio lig
ni. rubiginem non sentirent. nec so
lum arma ad pugnandum sed et ad decorem. et
ad ostentationem regum factus. Fecit enim rex
salo. cc. scuta aurea. dc. sicli erant in
unoquoque scuto. In paralipomenon additur.
de totidem lanceis aureis fecit et ccc. peltas au
reas quarum quedam rotunde erant. alie instar
semicirculi facte. his utebantur custodes regis
ante hostium domus excubantes. et quando rex
egrediebatur. precedebant eum cantantes. et feren
tes huiusmodi arma iuvenes. flavi et usque
in equorum sessionem diffundentes cesariem co
mis suis adicientes auri tincturam ut eorum
capita sole percussa radiarent. hos sequebatur
rex in curru vectus. et ad locum quendam solitus
erat exire. qui ab ierosolimis aberat duobus
miliaribus. et dicebatur ortus ede. id est deliciarum. Por
ro pars illa superior que dicebatur domus saltus
habebat longitudinem c. cubitorum et in lati
tudine l. et in altitudine. xxx. cuius camera to
ta vestiebatur tabulatis cedrinis. Substen
tabatur in iiii ordinibus columpnarum. unusquisque
ordo habebat columpnas. xv. e regione se
respicientes et pari intervallo a se distantes. et ita
inter tres muros et tres ordines columpnarum
erant. iiii. deambulatoria. pro foribus autem domus
fecit porticum columpnarum. l. cubitorum longi
tudinis. et xxx. latitudinis. de compositione inferioris
partis domus lapidee tacet liber regum. for
te. quia eiusdem compositionis erat cuius et superior
regione de basilica et domo regine.

Stabat domus regia. grandi interiacente vi
ridario. eiusdem longitudinis. latitudinis. altitu
dinis. et similiter intus columpnata. vertice simplex
erat. et unius mansionis. murus quoque altitudo
. iiii. habebat distinctiones. Que tamen diversis
variabantur coloribus. Quarta vero superior cacelatis
erat ornata. Erant ibi arbores sculpte.

..filie pharaonis